



M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 10. Equitandi verbum quod Euro tribuit Horatius, Euripidem quoque
eodem modo locutum esse.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

Sententia quadam Terentiana ab Aeschylo etiam prolatā ostenditur: & qui andem continet, Gracus incerti scriptoris versiculus indicatur.

CAPUT IX.

Quod apud Terentium adolescens amore saucius dixit,

Facile omnes cūm valemus, recta consilia ægrotis damus:
eius non dissimilat quiddam Prometheus dicentem
fecerat Æschylus. cūm enim miserum illum & ærum-
nōsum deum nymphæ Oceanitides reprehenderent,
quod peccasset: ita eum respondentem induxit: faci-
le esse iis qui malis soluti sunt, admonere ac corripere
eos qui aduersis rebus premuntur. Versus Æschyli, si
quis eos requirit, hi sunt:

Ἐλαφρὸν δέ τις πυράπων ἔξω πόδεν

Ἐχει παρεγνεῖν, ράδετεν τε τὸς κυκώς

Περισσοτες. id est,

Haud difficile est, pars nulla quem attingit mali,

Monere eos, ac corripere, qui miserius

Vrgentur.

tale igitur aliquid eo loco dixerat & Menander, sed &
hunc versum alicubi legere memini:

Τόπος νοσήντου φέρει πᾶς τις ράδετεν.

Equitandi verbum quod Euro tribuit Horatius, Eu-
ripidem quoque eodem modo locutum esse.

CAPUT X.

AVDACI sāne metaphora usus videtur Horatius, cūm Euro vento equitandi verbum tri-
buit. notus est enim ille versiculus,

Per Siculas equitauit vndas.

neque unquam id, vt opinor, sine veterum exemplo
ausus esset. sed meminerat, Euripidem quoq. eodem,

B 2

modo.

Ant. Maret.

Anna Lachon.

L III
25

modo locutum esse de Zephyro. itaque fecit more suo, vt, persequendis Græcorum vestigiis, πάλιξες
καυόντες οἱ Σερινὸι quæreret, seque quam longissimè à
trita & plebeia loquendi consuetudine abduceret. quo in genere planè singularis fuit: neque, meo quidem
iudicio, Græcas loquendi formas Latinorum poëta-
rum quisquam vel frequentiùs, vel fidentiùs, vel feliciùs imitatus est. Locus autem ille Euripidis, quem
dico, ita scriptus est in Phœnissis:

Zεφύρος πνοᾶς ιππάσωντο εὐεγέρη.

*Currum pro naui, vt à Catullo, sic & à Gracis poësi
dictum esse.* C A P. XI.

ETIAM illud Græcorum exemplo fecit Catullus,
vt nauim currum vocaret, in libello De nuptiis
Pelei & Thetidos:

*Diua quibus retinens in summis urbibus arces,
Ipsa leui fecit volitantem flamme currum.*

siquidem apud Æschylum Prometheus in illa longa
enumeratione artium, quas a se in usum mortalium
excogitas & inuentas gloriatur, ait repertum suū esse
currus illos nautarū, qui lineis alis vagentur per mare.

Θαλασσόπλαισια δ' ἐπιστάλλονται εὐρύτεροι
Διερχόμενοι εὐρύς ναυτίλοις ὀχηματα.

Sed & Euripidem eadem figura usum memini apud
quem nuntius, qui Medeam admonet, vt se mandet
fuga, præcipit ei, vt neque id vehiculum spernat,
quod nauigandi, neque id, quod terrestris itineris
conficiendi caussa comparatum est:

*Ω δενδρέργον παρανόμως εἰργασμένων
Μηδεῖα, φεῦγε, φεῦγε, μήτε ναίσαι
Αἴτεσσ' αἴπιντω, μήτ' ὅχον πεδοσίζει.*

Sed hoc quoque, vt totum propè veteris eloquentiae
chora-